



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. III. Diluuntur argumenta P. Annati, & mens ac doctrina Anselmi, de dupli necessitate antecedente & consequente, explicatur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

Potest hoc amplius declarari & illustrari alio exemplo apudissimo, quo utuntur Salmanticensis in Tractatu de voluntate Dei. Si in manibus hominis esset aliqua libertas intrinseca, distincta à liberate voluntatis, eique essentialiter subordinata, tunc ejus natura esset, quod hoc ipso quod voluntas efficaciter vellet aliquid fieri in manibus, illa etiam liberè & secundariò in aliis, imperium aut motio voluntatis applicans manum ad opus, ejus libertatem laceret, quia talis libertas esset solum secundaria, & essentialiter dependens à libertate voluntatis, tanquam primi liberi, primique determinantis & applicantes potentias & facultates animæ; & etiam quia voluntas illam determinans & applicans, non se haberet per modum principii pure extrinseci respectu illius, sed esset illi intime conjuncta, & in eadem essentia animæ radicata. Ita similiter dicimus, quod quia libertas voluntatis est tantum secundaria, à Deo inquam primo libero, primoque determinante essentialiter subordinata; & alhunde Deus non haberet ut agens pure extrinsecum respectu voluntatis, sed illi intime conjugitur, tanquam radix & principium libertatis, illam consequenter non destruit, aut laedit, quamvis voluntatem prædeterminet, quia per hoc non impedit, sed tanquam voluntas in suo ordine, & ut secundum liberum & secundum determinans, sepius moveat & determinet. In hoc enim nulla paret repugnancia aut implicantia, ut læpe ostendimus, & docet D. Thomas ubi suprà art. 3. obsecundo loco sibi hoc argumentum proponit. *Vna operatio non potest esse simul à duobus operantibus*, sicut nec unus numerus motus potest esse duorum mobilium: si igitur operatio creatura est à Deo & a creature operante, non potest esse simul à creature, & ita nullam creaturam aliquid operatur. Quod etidem argumentum quod nobis frequenter opponunt Averlarii: dicunt enim, quod si voluntas moveatur, applicatur, & determinatur à Deo; sepius non moveat, nec applicat, aut determinat; & si collitur ejus libertas, cum de ratione causa libertatis sit sepius determinare & applicare. Cui si responderet S. Doctor: *Ad secundum dicendum quod una actio non procedit à duobus operantibus ordinis*: sed nihil prohibet quin una secundum actio procedat à primo & secundo agente. Iam hinc nos dicimus, quod libera determinatio voluntatis creatæ, non procedit à duobus agentibus ejusdem ordinis, sed nihil prohibet quod procedat à primo & à secundo agente, tanquam à duabus causis essentialiter subordinatis; à Deo scilicet, tanquam à primo libero, & primo movente, & applicante; & à voluntate humana, ut à secundo libero, & secundo movente & applicante: sicut nihil vetat, quin ea demplanta generatio sit à Sole, ut à primo gerante; & à terra, tanquam à generante secundo.

Unde ad locum Ecclesiastici suprà adductum, quod nobis lape obiciunt Adversarii: respondet item Doctor Angelicus, cont. Gent. cap. 90. quod *Hoc verba Ecclesiastici ad hoc solum inducuntur, ut nomine liberi arbitrii ostendatur, non vero ut eorum electiones à divina providentia subtrahantur*. Quod tuus expendit in hac 1. parte quest. 22. art. 2. ad 4. his verbis: *Ad quartum dicendum, quod sub hoc quod dicitur Deum hominem sibi reliquisse, non excludatur homo à divina providentia, sed ostenditur*

Tom. II.

A quod non prafigitur ei virtus operativa, determinata ad unum, sicut in rebus naturalibus quæ aguntur tantum, quasi ab altero directa in finem, non autem se ipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, ut creaturae rationales per liberum arbitrium quo consiliantur & eligunt, unde signanter dicit in manu consilii. Sed quia ipse actus liberi arbitrii reducitur in Deum sicut in causam, necesse est ut ea quia ex libero arbitrio sint, divina providentia subdantur. Quibus verbis apertere declarat, hæc verba Ecclesiastici ad hoc solum induci, ut explicetur facultas quæ pollet homo ratione libertatis sibi indita, ut in suo ordine, & in ratione secundi liberi & determinantis, eligat & se determinet: per illa tamen non excludi subordinationem & dependentiam quam habet à Deo in primo libero & determinante, nec consequenter divina motionis & applicationis necessitatem. Sicut nec per hoc quod ignis est calefacere, excluditur necessitas colestis motus: quo exemplo idem sanctus Doctor utitur quod lib. 1. art. 7. ad 1. & in 2. sent. ad Annot. dist. 29. art. 4. ad 3. ubi ait, *Potestas nostra nihil operari potest sine Deo qui operatur in omninatura & voluntate: unde cum dicimus aliquid esse in nobis, non excludimus Dei auxilium.*

S. II.

Diluuntur argumenta P. Annati, & mens ac doctrina Anselmi, de duplice necessitate antecedente & consequente, explicatur.

PRÆCIPUA ADVERSARIORUM ARGUMENTA DESUMUNTUR EX AUTHORITATE & DOCTRINA ANSELMI LIBRO 2. *CUR DEUS HOMO*, CAP. 18. UBI DUPLEX NECESSITATEM DISTINGUIT: ALTERAM ANTECEDENTEM, QUAE TOLLIT LIBERTATEM; ALTERAM CONSEQUENTEM, QUAE LIBERTATI NON NOCT. VERBA ANSELMI SUNT: *Est namque necessitas præcedens, qua causa est ut sit res, & est necessitas sequens, quam res facit. Præcedens & efficiens necessitas est, cum dicitur cœlum volvi, quia necesse est ut volvatur, sequens vero quod nihil efficit, sed sic est cum dico te ex necessitate loqui, quia loqueris. Cum enim hoc dico, significo nihil facere posse, ut dum loqueris non loquaris: non quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis cogitat cœlum volvi, te vero nulla necessitas facit loqui. Idem docet in libro de concordia prædestinationis cum libero arbitrio, cap. 10. ubi ait: Pariterigitur quamvis necesse sit fieri quia præscinuntur, & quæ prædestinantur, quædam tamen præscita & prædicta non eveniunt eâ necessitate quæ præcedit rem, & facit, sed eâ quare rem sequitur, sicut suprà diximus. Non enim quamvis prædestinat, facit, voluntatem congedo, aut voluntati resistendo, sed in sua eam potestate dimittendo. Quamvis tamen sua voluntas utatur potestate, nihil tamen facit quod Deus non faciat in bonis sua gratia, in malis non sua, sed ejusdem voluntatis culpa. Et cap. 3. de concordia præscientiae & prædestinationis docet, necessitatem consequentem esse illam quæ descendit de libera voluntate.*

Ex his Anselmi testimoniosis, quedam deducit argumenta P. Annatus in libro quem pro defensione scientiae mediae edidit disp. 4. cap. 6. §. 4. ad probandum prædefinitiones absolutas & efficaces, à prævisione scientiae mediae indipendentes, quæ à hominibus, *decreta prædeterminantia*, appellantur, destruere libertatem.

Primum sic arguit num. 13. Necessestas quæ facit rem esse, & quæ causa est ut resistit, est necessitas.

præcedens, & inimica libertati, ex Anselmo: Necesitas quæ sequitur ex prædefinitione, facit rem esse, & est causa ut sit res: Ergo est necesitas præcedens, & inimica libertati, juxta mentem Anselmi.

Secundò, Necesitas sequens, & quæ libertati non nocet, alia non est ex Anselmo, quā illa quam res facit, & quæ descendit de libera voluntate: Sed necesitas quam infert prædefinitione, non est illa quam res facit, nec descendit de libera voluntate: Ergo non est necesitas quæ a-pud Anselmum dicitur sequens, & quæ non nocet libertati. Quod si sub secundo illo tradita distinctionis membro contineri non potest, restat ut ad primum reducatur, & credatur esse necessitas præcedens, & noxia libertati, aut damnetur Anselmus una cum sua distinctione.

Tertiò, Prædefinitioni actum liberum, est prædefinitioni actum qui non trahat necessitatem effendi ex causa antecedenti, & independenti ab illius voluntate cui liber dicitur: Atqui actum esse prædefinitione, est trahere necessitatem effendi ex Dei prædefinitione: Ergo prædefinitioni actum liberum, est prædefinitioni actum qui non sit prædeterminatus, quod implicat. Ibidem num. 134.

Quartò, necesitas quam abhorret agens liberum, illa est cuius causam ipsum nec impedit, nec vinceret: Necesitas agenti quæ sequitur ex prædefinitione, seclusa scientiā mediā, est hujusmodi: Ergo illa est quam abhorret liberum agens. Neq; hoc argumentum (inquit) eget probatione, sed meditatione. Ita num. 136.

Denique, Quando antecedens est causa consequens independens à libertate, nemo dubitat, quin non sit tantum necesitas consequentia, sed & consequentia quoque, ut vide-re est in consequentia amoris beatifici ex visio-ne, & actus violenter coacti ex vi cogente. Cū ergo divina prædefinitione, seclusa scientiā mediā, nec pendeat à nostra libertate, nec illam supponat, & tam indissolubilitate sibi connectat positionem actus prædeterminatus, quām visio beatificum amorein, quare dicitur tantum necesitas consequentia, & non etiā consequentia? Ita num. 137.

Priusquam his argumentis respondeamus: præmittendum existimavi, mirari me, quomodo adversarii Anselmi autoritatem tantoperē contra nos urgeant, cū illam in aliis materiis in quibus cum illis non convenit (ut cū agitur de peccato Angelorum, & queritur an prima illorum operatio sit à Deo; & utrum Deus positive influat in actus malos, & peccaminos) non solum facilius abjiciant, sed etiam ferè contemnant. Unde Vazquez tomo ultimo quest. 94. dub. 6. quærens utrum per opera alias Deo debita, hoc est præcepta, satisfieri possit, respondet affirmativè, & sibi obiecta utrūlibet Anselmi, oppositum docentis libro 1. *Car Deus homo cap. 20.* quam sic excipit. Ad tertium ex Anselmo respondimus suprà, & CONTRA IPSUM probarimus, apud Deum fieri posse satisfactionem de aliis debitis, multaque alia CONTRA IPSUM adduximus quibus ostendimus NON PROBARE QUOD CONTENDIT. Similiter Theophilus Raynaudus tomo de Christo, editionis Antwerpensis pag. 100. facetus Anselmum docuisse, plures substantias divinas, eandem non posse humanitatem terminare; & tamen oppositum ibidem docet. Quid ergo, si nos similiter in præsenti Anselmia autoritatem negaremus, & uno verbo infringemus argumenta proposita, quorū to-

A] tam viri, ac robur Adversarii ex ejus authoria te desumunt?

Verū quia majori reverentia Sanctos Patres colimus, & in Schola Thomistarum non audiri solent hæc voces: Perperam Chrysostomus, Perpetuam Augustinus, quæ in libris quorundam recentiorum leguntur; id est hac omisssæ responsione, & admisssæ Anselmi autoritate, quem ut Doctorem eximium, sanctissimum Presulē, ac patrē haud ultimi nominis veneramus. Respondeo illum per necessitatem præcedentem, libertati contrariam, non alii intellexisse, quām eam quæ oritur ex aliqua causa extrinseca cogente, seu ad unum per modum naturæ determinante, ut contingit in amore beatifico, aut voluntate boni in communi. Per necessitatem vero consequentem, eam significare, quæ vel ex ipso electione & libertate voluntatis immediata descendit, vel ex ejus prima causa & radice oritur: quais in sententia Thomistarum est suppositio decreti prædeterminantis. Nam, ut suprà dicimus, licet hæc suppositio sit formaliter antecedens, tamen quantum ad effe dūm conservanda libertatis, est virtualiter seu aequivalenter consequens; ed quod causa libertatis non magis possit ei nocere, quām ejus effectus.

Quod autem hæc interpretatio sit legitima, patet ex ipso Anselmo, cap. 10. libri de concordia, ubi explicans necessitatem antecedentem, dicit esse illam quæ præcedit rem, & facit, & statim addit: Non enim ea Deus quamvis prædestinet, facit voluntatem cogendo, aut voluntati reffendo. Quibus verbis satis aperte declarat, se loqui tantum de præcedentia cogente, seu ad unum per modum naturæ determinante: unde libro 2. *Car Deus homo*, cap. 18. ut hanc necessitatem explicet, addit exemplum de ortu Solis, & de motu cel., quæ constat esse agentia naturalia, seu ad unum per modum naturæ determinata. Et Clemens Alexandrinus libro 2. *Stromatum* necessitatem illam *quæst. 40* appellat: id est naturalē, & per modum naturæ moventem ac determinantem.

Quando ergo Anselmus dicit quod necesitas antecedens est illa quæ præcedit rem & facit, hoc non est intelligendum de quacunq; prioritatē efficientia (alioquin, ut suprà dicebamus, causa libertatis destrueret libertatē, quod absurdissimum est) sed de præcedentia cogente, seu ad unum per modum naturæ determinante, nec relinquentia in voluntate potentia ad oppositum, & de efficientia liberi arbitrii determinationem & cooperationē impidente ac excludente. Similiter quando ait quod necesitas sequens est illa quam res seu voluntas facit, intēdit solum quod voluntas illam facit secundariō, & ut secundum liberum, & secundum determinans: non autem primariō, & independenter à motione & applicatione primi liberi, primi q; determinantis. Unde addit: Quamvis tamen sua voluntas statim pertestate, nihil tamen facit quod Deus non faciat in bonis sua gratiā; in malis, nō suā, sed ejusdem voluntatis culpa. His præmissis, Annati argumenta facile diluentur.

Ad primū enim respondetur distinguendo M-170 jorem. Necesitas quæ facit rem esse, & quæ causit est ut res sit, est necesitas præcedens: si facit rem esse, illam determinando ad unum per modum naturæ, & excludendo determinationem & cooperationem liberi arbitrii, concedo Majorem. Si non determinet illam ad unum per modum naturæ, sed per modum liberi, nec impedit, sed efficiat,

A dicitur, nisi quia est ex causa antecedenti? Non vallet, inquam, haec ratiocinatio, seu potius grammaticalis observatio; nam ut docent Dialectici, aliud est id à quo significatio nominis imponitur, & aliud id ad quod significandum imponitur: lapis enim dicitur à lādendo pedem, omnē tamen quod lādit pedem non est lapis. Ita pariter, licet necessitas antecedens hanc denominationem à causa præcedenti desumat, omnis tamen causa quæ liberi arbitrii consensum & determinationem præcedit, non debet, nec potest dici necessitas antecedens: alioquin, ut suprà arguebamus, indifferentia objectiva judicij quæ voluntatis electionem præcedit, eset necessitas antecedens: immo & ipsa libertatis causa, eam destruere, ac necessitatem antecedentem inducere dicetur, quo nihil absurdius imaginari potest. Sola ergo illa necessitas dicitur simpliciter antecedens, quæ ad unum per modum naturæ antecedenter determinat.

B Ad tertium etiam patet solutio: Major enim eodem modo distingua est, quo in præcedibus argumentis. Prædefiniri actum liberum, est prædefiniri actum qui non trahat necessitatem effendi ex cœla antecedenti: præterminante ad unum per modum naturæ, concedo Majorem: præterminante ad unum per modum liberi, nego Majorem. Vel ex causa antecedenti, quæ non habeat in sua potestate voluntates hominum, & earum libertatem ac determinationē radicaliter seu eminenter non contineat, concedo Majorem. Ex causa antecedenti, quæ habeat in sua potestate voluntates hominū, earumque libertatem eminentissimo & perfectissimo modo contineat, nego Majorem. Unde cūm divina prædefinitione præterminet ad unum per modum liberi, & descendat ex infinita efficacia divinæ voluntatis, qua est prima radix nostræ libertatis, eamq; radicaliter seu eminenter præcontineat: quamvis actus liberi nostræ voluntatis, ex illa trahant aliquam necessitatem effendi (scilicet infallibilitatis) remanet tamen illæ & incolmis arbitrii nostri libertas.

C E Ad quartum respondeo Majorem (quæ asserit 158 quod necessitas quam abhorret agens liberum, est illa cuius causam nec impedire potest nec vincere) esse verā, quando cœla est particularis, & finita ac limitata virtus, ut sunt omnia agentia creata: secūs autem quando est universalis, & infinita virtus & efficacia, ut est divina prædefinition. Nam hæc, ratione hujus universalis causalitatis, & infinita efficacia quæ pollet, est dativa & causativa libertatis, & substantiam ac modū libertatis, in nostris operationibus attingit, ut suprà ostendimus. Unde tantum abest, ad libertatem requiri quod agens liberum ejus vim & efficaciam possit vincere aut impedire, quin potius si illi resistaret, eamque vinceret, aut impideret, tolleretur libertas; quia prima ejus radix, infinita scilicet divinæ voluntatis efficacia, destrueretur. Quare D. Thomas suprà relatus afferit: Ex hoc quod nihil voluntati divina resistit, sequi quod non solum siant ea quæ Deus vult fieri, sed quod siant contingenter vel necessariò, quæ sic fieri vult. Et Sylvius in opusculo de primo Motore, & 1. p. quælt. 19. art. 8. restatur hanc propositionem: Quod ex impossibili per necessariam sequitur consequiam, hoc in impossibile est & necessarium, fuisse damnatum Romæ a Xisto IV. anno 1476. in quadam Petro de Rivo, Doctore Lovaniensi,

Toma II.

& ab eodem Rivo retrahitam. Idem assertunt Doctores Lovanienses in justificatione & defensione cuiusdam Censuræ sua, Parisiis impressa anno 1641. Nam ibidem cap. 4. num. 81 expressè dicitur, prædictam propositionem in ipsa Universitate Lovaniensi fuisse olim ante 112, annos censam & abjectam, & deinde Roma ipso Rivo presente, sub Xisto IV. damnatam, & ab eodem Rivo recantaram.

159 Ex quo duplice testimonio, omni exceptione majore, infringitur responso Cardinalis De Lugo dicentis propositionem à præfato Author reassertam, & ab illo Pontifice proscriptam,

3. par
te disp

2.6.
sed. 6

B

non fuisse illam quam retulimus, sed istam: *Quod ex præcedenti ordine successivæ durationis sequitur per necessariam consequentiam, necessariorum & inimpedibile est.* Neque enim par est credere, Sylvium, virum prudentem, sapientem, & in omni passu suo solidum, hujus propositionis censuram in suis ad primam partem D. Thomæ commentariis voluisse inferre, eamque in opusculo quod de primo Motore edidit, confirmare, ac denud assertere, & tam fedam levitatis, vel ignorantiae, aut negligencie, & dormitionis, in hoc duplice eximio opere, notam imprimere, nisi de illius veritate fuisset omnino certus. Multo minus credibile est aut probabile, Professores Lovaniensis Academie, quæ magnam sibi promeruit toto terrarum orbe authoritatem, idem voluisse tam expressè assertere, præsertim in justificatione Censuræ, quam ipi Nuncio Apostolico, Galatino Episcopo, die 9. Septembri 1588. per Decanum ejusdem Facultatis, Dominum Henricum Guychium, exhibuerunt, nisi de ejusdem propositionis Censura fuissent etiam certi. Credetim porro his quæ præfatus Cardinalis, in sui de hac propositione judicij confirmationem, loco citato addueit, deesse quidpiam, quam Sylvio & Doctribus Lovaniensibus, in his quæ ad manu illis erant exquirendis aut investigandis, diligentiam & sedulitatem defuisse.

160 Ceterum, eti gratis concedatur, dictam propositionem non fuisse damnata, sed aliam quam refert De Lugo, semper tamen illa remaneat de errore suspecta, quia ut ostendit Sylvius ubi supra, prior illa propotio ex posteriori sequitur. Nam si non est necesse id quod per necessariam consequentiam sequitur ex aliquo præcedenti ordine successivæ durationis, esse inimpedibile & necessarium; à fortiori non erit necesse, id quod per necessariam consequentiam sequitur ex aliquo præcedenti liberi arbitrii determinacionem & consensum, prioritate naturæ, esse necessarium & inimpedibile, seu non liberum, & contingens. Quia ut supra arguebamus, ea quæ prioritate naturæ contingentiam & libertatem antecedunt, eam causant & non destruunt, prioritas enim naturæ est prioritas causalitatis & dependentiarum, & competit causa & principio actuali, in ordine ad effectum quem actu producit.

161 Ad quintum distinguo Majorem. Quando antecedens est causa consequentis, independens à libertate, nemo dubitare potest quod non sit tantum necessitas consequentia, sed & consequens. Si antecedens sit causa consequentiae, solum quantum ad substantiam & entitatem aetius, verum est. Si ergo causa consequentis, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad modum contingentia & libertatis in eo inclusum (ut contingit in proposito) falsum. Nam ut supra ex D. Anselmo retulimus:

A *Quoniam quod Deus vult non potest non esse, si Deus vult voluntatem humanam nullâ cogi vel prohibiri, necessitate ad volendum, tunc necesse est voluntatem esse liberam & esse quod vult.* Unde patet disputationis ad exemplum de visione beatifica ab arguente adductum. Hæc enim, cum tollat indifferentiam objectivam judicij, que est proxima radix libertatis, nec in voluntate beatorum relinquunt potentiam ad non diligendum Deum, in amorem beatificum non influit libertatem, sed necessitatem Econtra vero, cum divina prædefinitione utrumque præstet, causat libertatem & contingentiam in actibus prædefinitis.

S. IV.

Aliud ejusdem Annati argumentum dissolvitur,

I Dem Author disp. i. cap. 6. §. i. probat admittendam esse in Deo scientiam median, & quod *Admissa scientia media non sit difficile ad intelligentiam, quomodo Deus prædefine posit atum liberum, illas à ejus libertate, eaque seclusa quomodo sit divina prædefinitione cum libertate atus prædictus, adeo sit captu difficile, ut sit hic etiam unus ex maxima Adversariorum laboribus ...* Sunt que aliqui Autori, qui cum habeant usum scientie media, velintque nihilominus retinere prædefinitions actuum liberorum, huic difficultati succumbunt, ut videatur in Cajetano &c.

Respondeo primò: hunc modum ineunda libertatis quem Molina excogitavit, non esse facilem, quin ex illo gravissima emergant difficultates, & plura sequantur absurdia & inconvenientia, quæ Tractatu 3. fusè expeditius impugnandum scientiam medium. Sed nec ita claram & perspicuum, quin multi existim veritatem illam objectivam futurorum contingentium, à divino decreto independentem, coque anteriorum, quæ est præcipuum scientie media fundatum, esse obscurissimam, ac profluo intelligibilem. Unde Suarez lib. 1. de essentia prædest. cap. 7. num. 8. & tomo 1. de grat. proleg. num. 12. ait quod non intelligentes qualiter futura conditionata contingentia sint scibili, prout antecedunt determinationem divinæ voluntatis, quiescere debent, configuentes ad infinitatem divinæ scientie.

Præterea, Dato quod modus ille conciliandi libertatem à Molina excogitatus, sita facili & perspicua, ut ab omnibus intelligi valeat, & facilem reddat, ut ait Adversarius, bonorum-ctuum prædefinitionem; alter vero oblectans, & difficilior, & paucis intelligibilis: dico tamen hanc nimiam facilitatem & claritatem in hac materia esse valde suspectam, ac similes ignibus illis fallacibus & fatuis, qui viatores decipiunt, & ad præcipitata ducunt. Nam D. Augustinus de prædest. Sanct. cap. 14. loquens de hac concordia, ait: *Eesse difficultem ad solvendum questionem.* Epist. 2. ad Valentiniū difficultiam vocat Epist. 1. *Difficillimam & paucis intelligibilem.* Et in libro de gratia Christi cap. 47. sic ait: *Ita questio ubi de libero arbitrio voluntatis, & de Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficultas, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem assertur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Unde gravi difficultate premile fatetur libro 2. de peccat. meritis & remissione, cap. 18. ne liberum arbitrium gratia, aut gratiam libero arbitrio excludatur.